



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Norembergæ, 1523

VD16 K 320

18 Item obuiam veniunt & tum Germanis non ferenda a Curtisanis onera

...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

chnis ac dolis malis, beneficia illa penitus exiguntur, ener-
uantur, attenuanturq; cum perpetuo Romanæ curiæ pen-
sionibus annuis seruiunt, fitq; vt Germanorum vtcuncq; has-
bilium, nemo vnq; ad hæc aspirare possit.

- 18 Item obuiam veniunt & tum Germanis non ferenda a
Curtisanis onera. Ita enim per Germaniam subtili ingenio
beneficia venantur, vt conentur viris presbyteris ætate &
integritate vitæ spectabilibus, qui beneficia sua absq; omni
cōtrouersia, iusto titulo, & bona fide, multos iam annos quie-
te possederant, in longeua possessione negocium facere, pos-
sessionem interturbare, ad Romanam curiam personaliter
vt compareant, in ius vocare, ac mille alijs artibus ita eos
adigere, vt transactioes quantumuis iniquas, inire necel-
sum habeant, modo supremos hos annos quiete agere ve-
lent. Coguntur enim hoc quo dictum est modo a Curtisanis
ad pensiones annuas, reseruata, & id genus alias præstatio-
nes. Atq; hoc agunt Curtisani nebulones, non propria, vt fe-
runt, auctoritate, sed Romanorum suorum statutorum, ac res-
gularum, quas vocant, Cancellarię. Quę cōstitutiōes omnes
quotidie pro libidine Curtisanorum finguntur, ac refingun-
tur, cum derogatur prioribus non admodum, vt videbatur,
equis, & ferunt iniquiores. Quare nedum senio cōfectis be-
neficiorum possessoribus harum decipularum atq; fraudum
rudibus, sed & beneficiorum collatoribus imponunt mille
instructi dolis Curtisani. Nam etsi possidens beneficium
presbyter, cum Curtisano litigatore fictitio, non transfigat,
tamē ita sibi litem facit præstigiator ille Curtisanus, vt si pen-
dente efficta hac controuersia, moriatur, beneficij vt prædi-
ctum est litigiosi possessor, q; dehinc continuo litem faciens,
neglecto collatoris ordinario iure, in possessionem eius be-
neficij mittatur. Eapropter denuo atq; iterum Sa. Ro. Impre-
rij Status iustas sanctitatē apostolicē fundūt preces, velit enī
merata omnia Curtisanorum importabilia onera emendas

re, ac penitus abrogare, Neue illis posthac permittere, vt be-
neficia Germanorum libera, per machinationes præfatas,
oppugnare impune audeant.

QVOMODO PROVISIONES ECCLESIA- sticarum dignitatum Romam pertrahantur,

Item quæcunq; dignitates, seu beneficia pinguia, vtputa 19
Præposituræ, Decanatus, Cantoratus, ac cætera officia, Ca-
nonicatus, Ecclesiæ curatæ, & beneficia simplicia, quæ sub
mense ordinario, extra Romana menia vacare incipiunt,
quorum ante hac ad ius ordinariū patronatus ecclesiastico
rum & laicorum spectabat collatio, & electio, tum excogita-
tur a Romana sede, iuris patronatus ab ordinarijs collatoris-
bus abalienatio, maxime si possessores pristini beneficiorū
aut officiorum dignitatumue talium, familiares vel officia-
les Papæ aut Cardinalium fuerunt. Ideo rogant Ro. Impe.
Status, prædictum etiam onus e medio tollendum, ac patro-
nos collatores ordinarios apud collationem, electionem, pre-
sentationem, et nominationem talium dignitatum ac bene-
ficiorū; iura scilicet ordinaria, defendendos, ac defensos ma-
nutenendos. Nec curandum, vtrum familiares, vel officia-
les Romanæ curiæ fuerint, qui beneficia hæc possederint, re-
gressum accessumue, aut aliud quoddam ius imaginariū ad
ea habuerint, ita q; tale ius prætentū ordinario patrono ac col-
latori, nūc & posthac nullū faciat præiudiciū, nullāq; generet
iacturam, sed per omnia iura ordinaria finantur illesa.

DE REGVLIS CANCELLARIAE PAPA-

lis, nouis technis & reseruatis super casibus futuris.

Ad hæc Cancellariæ Romanæ, regulæ, quas ad sua com-
pendia subinde excogitare solent Curtiani, ac toties ferre ac
reuocare, necnon & aliae subinde nouæ artes excogitari ce-
perunt, quibus beneficia ecclesiastica ex Germania Romam
eo facilius pertrahentur, ad grauarenturq; ita ut si Germano-
rum quispiam beneficiorum aliquod ambiat, id quod non

B iii